

Breviarium
Romanum


BX2000

A2

1902

V.4

C.1




1080020496

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis





Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria



Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Luc. II. 48.

22

Société de St Augustin

1 planis Cont 1

Breuiarium
Romanum

ex decreto SS. Concilii Tridentini
restitutum, S. Pii V. Pontif. Max.
jussu editum, Clementis VIII.,
Urbani VIII. et Leonis XIII.
auctoritate recognitum.

— Editio Jubilæa LEONI XIII. dicata —

— Pars Autumnalis. —



ROME — TORNACI — PARISIIS

Typis Soc. S. Joannis Evangel.

DESCLEE, LEFEBVRE ET SOCI.

S. SEDIS APOST. ET S. RITUUM CONGREGAT. TYPOGRAPH.

1902.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valeriano J. Torres

44253

I pleasa Cant




Brebiarium
Romanum

ex decreto SS. Concilii Tridentini
restitutum, S. Pii V. Pontif. Max.
jussu editum, Clementis VIII.,
Urbani VIII. et Leonis XIII.
auctoritate recognitum.

— Editio Jubilæa LEONI XIII. dicata —

Pars Autumnalis.



ROMÆ — TORNACI — PARISIIS

Typis Soc. S. Joannis Evangel.

DESCLÉE, LEFÈVRE ET SOC.

S. SEDIS APOST. ET S. RITUUM CONGREGAT. TYPOGRAPH.

— * — 1902. — * —

22311

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tolosa

44253

BY2000
A 2
1902
V. 4

Jus proprietatis vindicabitur.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

Approbatio.

—*—


Revisione rite peracta, omnia cum typica editione, anno sacri Jubilæi 1900 iterum vulgata, concordare reperta sunt.

In fidem etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis
hac die 3 Septembris 1900.

L. † s.

✠ D. Panici Archiep. Laodicen.
S. R. C. Secretarius.



007452



Carolus Gustabus Walrabens

MISERATIONE DIVINA ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA

EPISCOPUS TORNACENSIS,

Omnibus has visuris salutem in Domino.

UM ab Urbano PP. VIII. decretum sit ne quis typographus Breviarium Romanum typis excudat vel in lucem edat, quin ab Ordinario loci facultas in scriptis accepta sit, et de perfecta novæ editionis cum archetypis Romanis exemplaribus concordantia certo constet; hinc est quod licentia illud imprimendi jam pridem ab Ordinario Tornacensi in scriptis data sit moderatioribus Societatis S. JOANNIS EVANGELISTÆ. Postquam autem fuimus legitime informati hancce novam Breviarii Romani in quatuor partes distributi editionem Tornacensem, forma ut aiunt in-12, prædictorum typographorum cura exaratam, necnon secundum recentiora S. Sedis decreta completam et auctam, cum suis originalibus, diligenti facta collatione, in omnibus convenire, excusam approbavimus evulgandique licentiam dedimus, prout per præsentis approbamus ac licentiam damus.

Datum Tornaci, sub signo sigilloque nostro ac Secretarii nostri subscriptione, die vij. mensis Septembris anno MCM.

L. † s.

✠ C. G. Epūs Tornacen.

De Mandato Illm̄i ac Rm̄i DD. Episcopi :

V. CANTINEAU, *Can. Secret.*

EX DECRETORUM REGISTRO SACRÆ RITUUM CONGREGATIONIS HÆC AD BREVIARIUM ROMANUM ATTINENT.

SACRA Rituum Congregatio declaravit, et decrevit, non potuisse post Bullam Pii V. de Breviario Romano, neque posse locorum Ordinarios tam Sæculares, quam Regulares, addere Calendariis, etiam propriis, Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breviarii Romani Rubricis, vel Sacræ Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur; neque propria auctoritate, quovis prætextu, mutare ritum, qui habetur in Calendario Romano, seu Rubricis Breviarii, in altiorum ritum : neque extendere concessa Officia de loco ad locum.

Item vetuit, et prohibuit, celebrari per totam Civitatem, vel Diocesim, etiam de cujuscumque Ordinarii auctoritate, Festum cum Officio, eo quod in loco adsit Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia; sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia titulari, seu ubi asservatur corpus, aut insignis Reliquia, et non alibi.

Insignes autem Reliquias declaravit esse, caput, brachium, crus, aut illam partem corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra, et non parva, et legitime ab Ordinariis approbata.

De sanctis Episcopis locorum, Martyribus, Civibus, et aliis Festis, de quibus in Calendario Romano, seu Rubricis Breviarii nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum canonizatis, nihil propria auctoritate constituitur, sed omnino consulatur Sacra Rituum Congregatio.

Decretum quoque nuper editum super electione Sanctorum in Patronos, et impressum omnino servetur.

Et hæc omnia decrevit, statuit, et mandavit, innovando poenas Constitutionis Pii V. respective.

Facta demum relatione horum Decretorum SS. D. N. Urbano Papæ VIII. ea laudavit, et approbavit, atque ab omnibus ubique sub prædictis poenis servari præcepit, necnon in novis Breviariis de mandato Sanctitatis Suæ imprimendis apponi jussit. Die 13 Januarii 1631.

Loco † Sigilli.

T. TEGRIMIUS Episc. Assisiens., *Secret.*

EJUSDEM PRO SANCTIS AD LIBITUM.

SADEM Sacra Rituum Congregatio habita die 2. Decembris 1673. statuit ex mandato Clementis X. Festa Sanctorum ad libitum in posterum non esse transferenda, si eorum festivitas incidat in diem Dominicam, vel aliquem diem Festorum mobilium, sed tunc illo anno eorum Officia esse omittenda. Quod ipsum postea Innocentius Papa XI. in Congreg. habita 24. Januarii 1682. generali decreto confirmavit, et extendit insuper etiam ad Octavas et

Natalitia Sanctorum, de præcepto in aliqua Religione vel Diocesi, ex indulto Apostolico recitanda. Ita ut ne quidem dictis Festis vel Octavis Festa ad libitum tunc incidentia possint recitari, sed omitti prorsus debeant.

Permisit tamen, ut Festum translatum quod alias eo die celebrandum foret, in alium diem non impeditum transferatur : item ut eodem die omitti possit Officium semel per hebdomadam aut mensem recitandum ex indulto Apostolico ut ita locus sit celebrando Officio ad libitum.

EJUSDEM PRO SANCTIS
IN MARTYROLOGIO NON DESCRIPTIS.

OFFICIA Sanctorum ratione Corporis, seu insignis Reliquiæ, recitanda, ex Decreto Sac. Rit. Congreg. 11. Augusti 1691. intelligi debere de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, et dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquiæ insignis illiusmet Sancti qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus : de ceteris autem Sanctis in prædicto Martyrologio non descriptis, aut quibus a Sancta Sede non fuerit specialiter concessum, Officia recitari, et Missas celebrari vetuerunt, non obstante quod ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiæ in Ecclesiis asserventur : quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatis debitam Fidelium venerationem (prout hactenus servatum est) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio et Missa, sub penis de non satisfaciendo præcepto recitandi Officium, aliisque in Constitutione S. Pii contentis. Die 11. Augusti 1691. et Sanctissimus approbavit die 19. Octobris ejusdem anni 1691.

Loco † Sigilli.

J. VALLEMANUS S. R. C. Secret.

DECRETA GENERALIA
CIRCA RUBRICAS.

QUM Sacrorum Rituum Congregationi demisse supplicatum fuerit sequentia dubia declarare :

Primum. An, cum multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit a Sancta Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadis, vel mensibus celebrentur varia Officia per annum, verbi gratia de SS. Sacramento, vel de Sanctis, in diebus non impeditis aliquo Festo duplici, vel semiduplici, liceat ejusmodi Officia facere etiam in diebus sanctæ Quadragesimæ, Adventus, Vigiliarum, et Quatuor Temporum, etiamsi de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus Officiorum concessionibus?

Secundum. An dies impeditus Festo duplici, vel semiduplici pro dictis Officiis recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim a Sacra Congregatione : Quod scilicet Festum duplex vel semiduplex etiam translatum, necnon dies octavæ sit dies impeditus respectu talium Officiorum?

Tertium. An regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum, possint addere nomen Sancti Fundatoris in Litanis, et Confiteor? itemque recitare Officia et Missas concessas aliis Religionibus?

Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminen-
tissimi et Reverendissimi Domini Cardinalis Colloredo respondit :

Ad primum *Negative, et hujusmodi indulta non habere locum in Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, sive cum jejuniis, sive absque jejuniis, nec in Feria ij. Rogationum, nec in illa Feria, in qua secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominica.*

Ad secundum *Affirmative.*

Ad tertium *Negative in omnibus.*

Et ita declaravit, ac servari voluit. Ac insuper ut Declarationes, seu Decreta prædicta omnibus innotescant, typis ea imprimi mandavit. Die 20. Martii 1706.

Loco † Sigilli.

G. Card. Carpineus.

B. INGHIRAMI, Sac. Rit. Congreg. Secret.

DE ANNO ET EJUS PARTIBUS.

ANNUS menses habet duodecim, hebdomadas duas et quinquaginta, et diem unum : dies vero trecentos sexaginta quinque, et fere sex horas : tanto enim temporis intervallo sol Zodiacum perlustrat. Quater autem sex horæ singulis quaternis annis diem constituunt : hinc annus ille intercalaris, Bissextus, vel Bissextilis dicitur.

DE ANNI CORRECTIONE,

EJUSQUE NECESSITATE, AC KALENDARIO GREGORIANO.

QUOD dictum est, annum continere trecentos et sexagintaquinque dies, et fere sex horas, intelligendum est, sex horas non esse integras, cum ad earum complementum aliqua minuta deficiant.

Ex quorum minorum neglectu progressum est, ac si annus ultra dies 365 contineret integras sex horas, et factum est, ut minuta, quæ ultra debitam quantitatem annis singulis tribuebantur, tractu temporis ita excreverint, ut invicem juncta constituerint dies decem, qui causam dederunt, ut Æquinoctium vernum sedem suam mutaverit.

Cui malo occurrens Gregorius XIII. non solum Æquinoctium vernum restituit in pristinam sedem, a qua jam a Concilio Nicæno, decem circiter diebus in anno correctionis 1582. præcedendo recesserat, quod a Concilio ad xij. Kalendas Aprilis fuerat constitutum; et xiv. Lunam Paschalem suo in loco reposuit; sed viam quoque tradidit, et rationem, qua caveretur, ut in posterum, et Æquinoctium vernum, et xiv. Luna Paschalis a propriis sedibus nunquam moverentur.

Ut enim Æquinoctium vernum ad xij. Kalendas Aprilis restituatur, statuit, ut dicti decem dies in mense Octobris ipsius anni 1582. eximerentur, ut post quartam diem Octobris sancto Francisco sacram, sequens dies non esset quinta, sed decima quinta Octobris. Et ita error, qui in præteritum tot annorum circulis irrepererat, in momento temporis fuit correctus.

Ut autem in posterum idem error vitaretur, ne ad xij. Kalendas Aprilis Æquinoctium vernum recederet, statuit idem Gregorius, Bissexto quarto quoque anno (uti mos est) continuari debere, præterquam in centesimis annis; qui quamvis Bissextilis antea semper fuerint, qualem etiam esse voluit annum 1600. anno correctionis proximum, post eum tamen, qui deinceps consequentur, centesimi non omnes Bissextilis essent, sed in quadringentis quibusque annis primi quinque tres centesimi sine Bissexto transigerentur; quartus vero quisque centesimus esset Bissextilis, ita ut annus 1700. 1800. 1900. Bissextilis non sint, anno vero 2000. more consueto dies Bissexto intercaletur, Februario dies 29 continente; idemque ordo intermittendi intercalandique Bissexto diem in quadringentis quibusque annis perpetuo conservaretur.

QUATUOR TEMPORA.

Quatuor Tempora celebrantur quarta, et sexta FERIA, ac Sabbato post tertiam Dominicam Adventus, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Dominicam Pentecostes, post Festum Exaltationis sanctæ Crucis.

NUPTIÆ

QUANDO CELEBRARI NON POSSINT JUXTA
DECRETUM TRIDENTINI CONCILII.

Ad Dominica prima Adventus usque in diem Epiphaniæ, et a FERIA quarta Cinerum usque in Octavam Paschatis inclusive, sancta Synodus solemnitates Nuptiarum prohibet. In aliis vero temporibus Nuptias solemniter celebrari permittit.



TABULA PASCHALIS ANTIQUA REFORMATA.

Aur. Num.	Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Septuag.	Dies Cinerum.	Pascha.	Ascensio.	Pentecost.	Corp. Chr.	D. p. Pent.	Dom. I. Adv.
16	xxiiij		Jan.	Febr.	Mar.	Apr.	Maii	Maii		
5	xxij	d	18	4	22	30	10	21	28	29Nov.
	xxj	e	19	5	23	iMaii	11	22	28	30
13	xx	f	20	6	24	2	12	23	28	iDec.
2	xix	g	21	7	25	3	13	24	28	2
10	xviiij	A	22	8	26	4	14	25	28	3
	xvij	b	23	9	27	5	15	26	27	27Nov.
	xvj	c	24	10	28	6	16	27	27	28
18	xv	d	25	11	29	7	17	28	27	29
7	xiv	e	26	12	30	8	18	29	27	30
15	xiiij	f	27	13	31	9	19	30	27	iDec.
	xij	g	28	14	iAp.	10	20	31	27	2
4	xj	A	29	15	2	11	21	iJun.	27	3
	x	b	30	16	3	12	22	2	26	27Nov.
12	ix	c	31	17	4	13	23	3	26	28
1	viiij	d	iFe.	18	5	14	24	4	26	29
	vij	e	2	19	6	15	25	5	26	30
9	vj	f	3	20	7	16	26	6	26	iDec.
	v	g	4	21	8	17	27	7	26	2
17	iv	A	5	22	9	18	28	8	26	3
6	iiij	b	6	23	10	19	29	9	25	27Nov.
	ij	c	7	24	11	20	30	10	25	28
14	j	d	8	25	12	21	31	11	25	29
3	J*	e	9	26	13	22	iJun.	12	25	30
	xxix	f	10	27	14	23	2	13	25	iDec.
11	xxviiij	g	11	28	15	24	3	14	25	2
	xxvij	A	12	iMar	16	25	4	15	25	3
19	xxvj	b	13	2	17	26	5	16	24	27Nov.
8	xxvj	c	14	3	18	27	6	17	24	28
	xxiv	d	15	4	19	28	7	18	24	29
		e	16	5	20	29	8	19	24	30
		f	17	6	21	30	9	20	24	iDec.
		g	18	7	22	31	10	21	24	2
		A	19	8	23	iJun.	11	22	24	3
		b	20	9	24	2	12	23	23	27Nov.
		c	21	10	25	3	13	24	23	28